ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: BEDA VENERABILIS. STERNBILDKATALOG. AUGUSTINUS

Zwettl, um 1200 Seite 200r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



loqui uobis quasi spitalibus; s; quasi carnalibus! tanquam paruulis
in xpo lac potum uobis dedi non escam. Qd dicens utique ostendit
iam renatos fuisse p gratiam qui erant paruuli in xpo et lacte
potandi! et tamen eos adhuc carnales uocat. Qui autem non dum est sub
gratia s; sub lege. ita carnalis est: ut non dum sit renatus a peccato. s; ue-
nundatus sub lege. a peccato quo pcium mortifere uolupta-
tis amplectitur dulcedine illam qua fallitur et delectatur. et iam
contra legem facere. cum tanto magis libet quanto minus
licet. qua suauitate frui non potest. quasi pcio conditionis sue.
nisi cogatur tamquam emptum mancipium seruire libidini. Sen-
tit enim se seruum dominantis cupiditatis qui prohibetur et se
recte prohibi cognoscit! et tamen facit. Qd enim operor ait ignoro.
Non ita hic dictum est ignoro! quasi peccare se nesciat. Nam
contrarium erit qd dixit. s; peccatum ut appareat peccatum p bo-
num in operatum est mortem. Et illud superius! s; peccatum non cogno-
ui nisi p legem. Quomodo enim apparet aut quomodo cognouit qd igno-
rat. S; ita dictum est quomodo dicturus est dns impius! non noui uos.
Neque enim aliquid dm latet. quando uultus dni sup facientes mala. ut pdat de
terra memoriam eorum. sed dicimur aliquando ignorare qd non approbamus. Ita quod
ait qd enim operor ignoro. id est non approbo qd consequenter ostendit dicens.
Non enim qd uolo hoc ago. s; qd odi illud facio. Qd quod ait odi. hoc ait ignoro. qua et
quibus dicturus est dns. non noui uos. de his illi dr: odisti dne omnes qui operantur iniquitatem. Si
autem qd nolo hoc facio. consentio legi quo bona. Hoc enim non uult quod et lex.
Nam hoc uetat lex. Consentit quod legi non inquantum facit
qd illa prohibet. s; inquantum non uult qd facit. Uincitur enim
nondum p gratiam liberatus. quam ius iam p legem. et nouerit se
male facere et nolit. Qd uero sequitur. et dicit nunc autem iam non
ego operor illud. s; id qd inhabitat in me peccatum Non ideo
dicit quia non consentit ad faciendum peccatum quam ius legi consen-
tiat ad hoc improbandum. Loquitur enim adhuc ex psona homi-
nis sub lege constituti non dum sub gratia. qui pfecto trahitur ad

200